



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118316**

§. 24. Omnes Græci Latinis uniti, excepto Marco Ephesino.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

Sæcul. XV. Pater in præsenti sumptus tibi dabit, qui satis, ac triremes ad redditum totius tuypuli, & Orientalis Ecclesiæ Constantinopolim. II. Trecentos milites custodiae urbi, qui Beatissimi Patris sumptibus perpetuamentur. III. Suis sumptibus triremes daturamento ejus præsto erunt. IV. Hierolymitana peregrinatio fiet Constantinopoli magnæque triremes, quæ navigantes sepulchri vivifici adorationem vehunt, Constantinopolim venient. V. Cum opus erat Imperatori longæ naves ad subsidium, sumptibus Papæ dabuntur viginti armatae menses sex: si autem velit decem, per annas eas habebit. VI. Si opus erit illi exercitus, & copiæ, Papa sollicitabit, ut Christianæ gentes subsidio illi vniuant.

#### §. XXIV.

*Omnis Latinis uniti, excepto Marr  
Ephesino.*

*Ibid.p.487.* Pactis hisce utrinque firmatis, Imperator postera die feria quarta, quæ erat tertia mensis Junii, omnes Graeci ad domum Patriarchæ convenire iussi, ubi cuncti in Patriarchæ sententiam ierunt, & ipse eam sequentibus enuntiavit: *Quoniam Latini non ex seipsis, sed ex sacris Scripturis exponunt, processionis Spiritus Sancti esse etiam per Filium, affir-*

tior, & illis, & serendo sententiam dico; i- Sæcul. XV.  
 stam præpositionem, PER, dare Filio caus- A.C. 1429.  
 salitatem Spiritus Sancti, & amplector u-  
 nionem & communionem eorum. Omnes ean-  
 dem sententiam amplectebantur profiten-  
 tes: Quod Spiritus Sanctus procedat ex  
 Patre & Filio, ut ab uno principio & una  
 substantia: & procedat per Filium ut con-  
 naturalem & consubstantialem ex Pa-  
 tre; & ex Filio, ut per unicam spiratio-  
 nem & productionem. Solus Marcus E-  
 phesinus contumax perstittit, ac proces-  
 sionem Spiritus Sancti a Patre & Filio  
 perfecta fronte pernegans, concordiæ a  
 confratribus suis jamjam conclusæ accede-  
 re renuit; quæ ejus pertinacia, quo diu-  
 turnior erat, eo graviores turbas, Marco  
 Constantinopolim redeunte, suscitavit.

## §. XXV.

*Communi consensu utriusque Ecclesiæ  
 unio stabilita.*

Die quinta mensis Junii hæc fidei de-  
 finitio in scripturam redacta est, cu-  
 jus tria exemplaria confecta fuere, quo-  
 rum unum ad Pontificem, alterum ad Im-  
 peratorem, tertium denique ad Patriar-  
 cham Constantinopolitanum destinaba-  
 tur, postera die sexta ejusdem mensis  
 primum ad Eugenium & Cardinales per-  
 venit, qui illud gratum, ratumque ha-  
 F f 2 buerunt,